

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Auctoritas et infallibilitas summorum pontificium - Cod. Ettenheim-Münster 97**

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], 1732**

Profatio

[urn:nbn:de:bsz:31-110772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110772)



V

## Praefatio

Inter praecipuas, quae apud Theo-  
logos agitari consueverunt, controver-  
sias non ultimum mereri locum eam,  
qua de auctoritate et infalibilitate  
Summi Pontificis necnon Conciliorum  
Oecumenicorum, est, non modo quae  
nis dignitas persuadet, ut pote <sup>\* Melwenfj</sup> qua <sup>Defens. Decl.</sup>  
pertineat ad interpretationem juris di- <sup>part. 2. c. 9.</sup>  
vini, et ad traditam immediatè à Christo <sup>c. 29. pag. 86. a.</sup>  
Petri Successoribus, atque Papatibus seu Epi-  
scopis in Concilio habentibus potestatem.  
Sed etiam declarant innumera pene  
volumina, quae hinc inde à quinquag-  
inta et amplius annis hac de re prodie-  
runt, occasione videlicet famosa De-  
clarationis Cleri Gallicani anno 1682.  
edita. ubi Francigenae Praefules Re-  
gis jussu Conventum Parisiis agentes  
definierunt, atque toto Regno, <sup>\* vid. Melw.</sup>  
te etiam edita Regio, <sup>post praefat.</sup> publicari voluerunt, <sup>opere sui.</sup>  
Pontificem Romanum et Concilio subdi-  
cique esse inferiorem, et in fidei  
morumque questionibus definiendi  
errori obnoxium.  
Certè Statim ac Declaratio haec publicam  
Luce[m] aspexit, atque etiam in ceteras Regio-  
nes perlata est; ad rei novitatem totus  
pene



*Præfatio*

penè Catholicis obis obstupuit; "ut quod  
 "totius Eulefia Status in læfite vertice nu"  
 "tare videretur; prout olim S. Avitus Vi"  
 "emmenfium Epifcopus totius Gallicana Eule"  
 "fia nomine ad Italia Præfules fcribebat.  
 Nec defuere viri doctrina et pietate conſpi"  
 "ui, qui imauditum hæcenus Gallorum fa"  
 "cius reprimere, hæcque temerariam  
 eorundem Declarationem iuftis juxta et  
 doctiffimis Operibus confutarent, nec non  
 ostenderent, Gallicanos Antiftites eâ  
 totius, atque etiam Gallicana, Eulefia  
 doctrinam ac traditionem deſeruiſſe.

Verum hi, prout ut le victos fateren"  
 tur, et ad communem totius Eulefia do"  
 ctinam reverterentur; quin potius ab  
 ipfis viri, alioqui doctrina et eruditione  
 præſtantes, cauitate, imò, quodajunt,\* à

\* Meldenf.  
 in tit. op.  
 vis. hinc.

Rege ipfo, cui tum ſerviebant Gallicani  
 Præfules, juſſi, qui Declarationis patro"  
 cinium ſuſceperunt, eamque totis viribus  
 tuerentur. Inter idos facile præcipu"  
 um fuiſſe ſerunt Benignum Boſquet Epi"  
 ſcopum Meldenſem. Is ergo Opus duo"  
 bus latè magnis voluminibus comprehenſum  
 confeuiſſe dicitur, cui titulus: Defenſio  
 Declarationis celeberrima, quam  
 de potestate Eccleſiaſtica Sanxit  
 Clerus Gallicanus XIX Martii MDCLX  
 XXII..... In quo hæc præcipue le demon"  
 ſtratarum promittit, nempe, "Gallicanorum  
 "Præſulum Declarationem non modo verè Ca"  
 "tholicam eſſe, et ab omni cenſura ac nota  
 "liberam,



## Praefatio

"liberam, sed et absolute veram, eaque Beo"  
 "ti Petri Primatum non modo non obscura"  
 "tum, verum etiam illustratum confirmata"  
 "tumque esse; ac, si censura adhibenda"  
 "sit, adversariorum sententiam ea anni"  
 "madversione esse dignam p.

At Verò ut ut magnificè de sua Defensio"  
 ne prolucutus fuerit Meldensis Praeful, seu  
 quisquis illius libri author est, ea tamen  
 hactenus delituit, necnon primum post  
 longam annorum seriem, ubi videlicet 50.  
 et amplius effluxissent anni, publicam  
 lucem videre meruit, atque typis vulga"  
 ta est Luxemburgi apud Andream Cheva"  
 lier Bibliopolam anno 1730.

Mirum videri posset, quid causa subfuerit,  
 quòdum tanto temporis intervallo perenni"  
 natum fuisset, hae Defensio primum nunc  
 prodierit. Id forte factum opera Gallica,  
 norum Theologorum idorum, quos passim  
 Anti-Constitutionistas vocant, quibusque  
 Romani Pontificis auctoritas inuisa admo"  
 dum esse videtur; ut hoc artificioso opinio"  
 nem suam ubique terrarum jam explosam,  
 ac in ipsa quoque Gallia etiamnum contem"  
 ni inipientem, Magni Bossueti auctori"  
 tate fultam persuaderent, atque ita Gen"  
 tiles suos saltem à ferendis ultra in eam cen"  
 suis tanti viri observantia retraheret. At  
 live Anti-Constitutionistarum, live alio"  
 rum quorumcumque artibus id factum fuerit,  
 nos non examinamus, quippe quod parum  
 nostra interest, sed quia instituti nostri  
 sunt,



## Profatro

sunt, prosequimur.  
 Statim ac opus istud prodit, tum mo-  
 qui strepitus per Galliam exiit, atque  
 vulgatum, conulamatam esse Summi Con-  
 tificis auctoritatem, autumque de eius in-  
 fallibilitate, ubi nempe celeberrimi Bossue-  
 ti tantopere exortatus liber orbem vi-  
 disse, ut quo ipsa penitus oppugnaretur.  
 Equidem ego his apud Gallos sparsis rumori-  
 bus nihil admodum movebar, ut qui jam  
 pridem omnia ea argumenta, qua adver-  
 sus auctoritatis et infallibilitatis Pontificia  
 sententiam proposita fuissent, aut etiam  
 adhuc proponi possent, non levi studio  
 rimatus fueram; ultro nempe mihi per-  
 hapsim habebam, nihil à Meldensi, seu  
 Authore Defensionis profari in medium  
 potuisse, quod causam Gallicianam vel  
 minimum illustraret, iuraret. Nec  
 me fecedit sententia; ubi enim librum  
 attentè perlegissem, atque ea omnia, que  
 circa auctoritatem Romani Pontificis  
 et Concilii in eo disputantur diligenter ex-  
 pendissem, deprehendi equidem, Autho-  
 rem totum in eo esse, quò Bayram depri-  
 mat; at verò et idem quoque animadver-  
 ti, eundem nempe ea ratione consilium  
 suum exequi, ut procul absit, quò ab ipsius  
 opere vel tantillum roboris opinioni sua  
 obventurum Pontificia auctoritatis hostes  
 sperare possint, quin potius audacter dice-  
 rim, nullum hactenus hæc de re librum  
 fuisse editum, qui eadem evertenda optior esset,  
 nisi forte quis autumavit, tum damnum  
 opinionem



## Prefatio

opinionem quamdam probe fundatam esse, cum ignorantia, mendacio, ac maledicentia fulcitur: hæc nempe solida illa argumenta sunt, quibus Defensionis auctor totum negotium perficit. Quid enim præcipua Historia Ecclesiastica monumenta huc pertinentia partim ab ipso prætermissa, partim malè et oritantes duntaxat prolata, nisi ignorantiam: Quid detractata, aut a nativo sensu in alienum et improbum detorta Conuiliorum Patriumque testimonia, contradictiones satis frequenter intermixta, nisi mendacium et imposturam: Quid denique injuria ac probra in quosvis pietate ac doctrina conspicuos viros jacta, nisi maledicentiam produnt? Hæc si libro ademeris, omne robur ei detrahisti, ut qui non nisi huiusmodi firmetur.

Qua de re cum initio meum agerem, subire coepit mentem dubitatio, num infelicis partus iste. Meldensis Episcopi esset: Quid, agebam apud memet ipsum, eo abducas, ut credam, huiusmodi profligati Operis auctorem esse Bossuetum, Praefulem idem tota non modo Gallia sed et Europa celebratissimum, cuius vastam eruditionem, profundamque doctrinam uniuersus Orbis Christianus semper admiratus est? Quid, inquam, ego credam, tantum virum, eo impudentia abreptum, ut ubi cum vera ac solida argumenta deficerent, ad mendacia, injurias, aliaque ineptias confugeret?



## Praefatio

ret, quò opinionem, quae tum Aula pla-  
cebat, tueretur? Peccare igitur opus  
istud Meldensi Antistiti adscriptum cense-  
ri debere primum arbitrabar; at quia  
aliunde certum videbatur, olim Grae-  
lem istum, quoddam Scriptum elaborasse  
pro Defensione Declarationis Conventus Ce-  
si Gadlicani anni 1682. idem saltem mul-  
tis interpolatum, contaminatumque dici  
debere contendebam. Hoc quidem ani-  
mi mei sententia; quamvis in ea tuenda  
non adeo mihi contendendum putem. Enim-  
vero sit ex omni parte Defensio p.  
Benigni Bossueti factus, ea tamen,  
quam tanto viro debemus, observantia  
nullo pacto nos impedire potest, quomi-  
nus librum referemus. Quis enim  
nesciat, viros ut ut doctrina ac eruditione  
prestantes humanis capibus etiamnum esse  
obnoxios, atque interdum ultra metas abripi  
posse? Quisquis sine invidia, sine praemii  
alijus spe, sine Aula placendi studio, sine  
alio quovunque demum fine, veritatem im-  
pugnat, is occidendus est, haecque adversus ipsum  
tutanda.

\* Reg. Acad.  
Parens. ad  
Cent.

Quod me spectat, certè, prout olim de se ipso  
dixit Eugenius Lombardus, quisque, sibi pes-  
suatum habeat, velim, nullo me aut partium  
studio, aut odio in hoc stadium deorsum,  
animum affectibus liberum, peccatumque,  
et calammum juxta innocentem ac nullis con-  
ductum stipendiis, nullis idcirco praemissis fa-  
ro; nec lapsus, nec amatus, nec metu, nec pro-  
trio scribo:posito namque sub silentibus  
solitudinis umbris perpetuo delitio, haec meo  
sorte



Præfatio

Sorte contentus, amicus omnium, neminem  
 que timens, soli veritati placuisse omnis  
 premii ac pretii loco reputo.

Præfatio, si Defensio Declarationis

Cæri Gallicani intra Trecentos paries  
 tes velut occulta stetit\*, lubenter silen\* vulgata est  
 tis rem passissemus; neque enim opus vi, <sup>ante Iano,</sup>  
 lum fuisset, ut ultra non lacepsit. <sup>bo Benigno</sup> <sup>Boppuet Epi,</sup>  
 tis nostra tot jam tantorumque Virorum <sup>copro Trecent,</sup>  
 doctissimis lumbrationibus vindicata no <sup>si ibiis cele,</sup>  
 rum robur addere pararemus. At ubi Li <sup>bratissimis</sup>  
 ber tenetis, quam luce, dignior eò advola <sup>Benigni Boppuet</sup>  
 vit, ubi debita est omnium Catholicorum

in Sanctam Sedem observantia, ubi, in  
 quam, Atholicis cingimur Sape infestis;  
 stupidi plane ac gelati animi fuisset, silen  
 tium tenere, quando ad loquendum lat vi  
 rium nobis esse sicerimus; et insultante, no  
 rumque velut parante triumphum hoste  
 cam causam deserere, quâ nulla melior  
 nulla æquior, nulla firmior fuit, et quâ  
 nisi Scripturis, Canonibus, Patribus, Conciliis,  
 Sacris Doctoribus, antiquitate, usque per  
 petuo, ac ratione calicata descri non potest.

Quid ergo Defensionis Authos malam  
 causam nullis Scriptura, nullis Patrum Sessa  
 gis nixam tanto apparatu, tanta arte curaque  
 litterato orbi obtulit, nos nostram tanto  
 meliorem negligamus, et cui omnia argu  
 mentorum et veritatis adminicula, que ad  
 certissimam causam victoriam aptari possunt,  
 profidio sunt? Ille nihil non agit, ut  
 incautos fallat, Gallicanarumque turbas  
 in



## Praefatio

in nostram usque Germaniam deportet  
gentilesque nostros Catholicos nobis lati-  
tus afficiat; Nosque in patiamur, tace-  
mus, quando silentium nostrum non re-  
verentia, non obsequio, sed mala causa ad-  
scribetur?

Loquendi igitur necessitas sumptis ju-  
bet silentium; vindicanda nempe nobis  
est adversus Defensionis per Authorem  
Romani Pontificis auctoritas; ut sic Ger-  
mania nostra Catholici, quos forte quisqui-  
tus suis fallere admittit, libris argu-  
mentorum nostrorum ponderibus, sebi-  
tam semper in Summum Eclesiae Romani-  
pam retineant observantiam, ut qua-  
sara doctrina fundamentum sit. Catho-  
lici vero agnoscant, nullum rebus suis pro-  
fidium obvenire ab Adversario nostro,  
quem deinceps Melwensem, quod nomen  
Liber praefert, nuncupabimus.

Jam jam Operi nostro auingebamus, cum  
eue tibi, Honorati Turnellii Docto-  
ris Sorbonici et Emeriti Regii Pro-  
fessoris per Tractatus de Eclesia nobis offer-  
tur. Sorbonicus hic Doctor, quamvis  
auctoritati Romani Pontificis adversetur,  
interdum tamen adeo tremebunde ac titu-  
banter opinionem suam promere vide-  
tur, ut, quid ipsemet sentiat, non satis  
dignoni possit; nonnunquam vero argu-  
menta praefert, quae ostendunt, eadem huc  
acius et perspicacius, quam Defensio-  
nis per Authorem, fuisse ingenium, unde  
eum hac occasione non censuimus praeter-  
eundem



## Praefatio

eundem; tum etiam quod novus Author sit, quamvis antiquam erantem res, quod.

Ceterum quamvis arbitremur, nihil nos praetermississe eorum, quae ad Stabiliendam atque ab imbecillis Melwensibus et Turnelli argumentis vindicandam sententiam nostram apta censuimus; omnia tamen, ubi nempe per nos licuit, breviter ac succinctorie prosecuti sumus, adeo ut saepe paucis lineis absolvamur ea, quae Melwensis pluribus paginis et Capitulis tractat. Fuerit istud ei consilium, ut si non vi ac pondere, saltem verborum numero ac multitudine sententiam nostram premere velle videretur. Nos quovis Lectorem nostrum detinere, ejusque patientia abuti nefas reputavimus.

Eam quoque scribendi rationem invenimus, quae maxime perspicua esset et facilis, Latine, quantum licuit, loquidem, perconati; utque confusionem, quam materiae amplitudo parere posset, vitaremus, ordine quem Defensionis per Author observavit, insuper habito, Librum nostrum in singula Capita distinximus, quae tot velut essent Loca Theologica, unde nostra argumenta prodirent. Sed haec satis superque, jam ad ipsas vindicias.

Index



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

*[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, partially cut off.]*